

I.

Epistolae S. Leonis M.

Quarta pars hujus voluminis nem-
pe a 3 usque 70, et a 295 usque 349 fere
omnes paginae. | iustum, antequam re-
scriberentur, efficiebat librum, S.
Leonis M epistolas continentem, con-
scriptum saeculo VI uncialibus mi-
nutissimis. Confirmatur id S. Leonis
eiusdem epistola, quae inter editas vige-
sima quarta est, Flaviano patriarchae
constantinopolitano directae. pag. 25.
Cum autem ea, quae pagg. 6. 7. 12. 23. 27.
28. 54. 299. 305 resuscitaveram, in prae-
fati Doctoris operibus nondum repererim,
suspicor ea aut inedita, aut alterius opus
esse authoris.